



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XVII. De Epithetis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

non contradicentis litera pacti pervenit. Socin. *consil. 64. in fin. lib. 3.* Bald. *de dot. p. 6. pr. n. 78.* Cravett. *de indemn. mulier. n. 31.* Paril. *conf. 127. n. 29. & 30. vol. 1.* Wesemb. *1. consil. 68. n. 4.* literis enim non minus, quam viva voce, animi sensa declarari possunt, Henon. *ad l. 124. ff. de averse. Reg. Jur.* Unde tacitus animi nuncius dicitur, ut Epictetus Philosophus Hadriano Imp. sciscitanti, quid esset epistola, respondit in altercatione, quam Hadrianus cum Epicteto habuit, pacta & per literas efficiuntur. *l. 2. de pact.*

Limitationis loco nota, hoc verum in actibus, ubi verba pro substantia non requiruntur, *d. l. 2. ff. de pact.* aliud enim esse in stipulationibus, ut in quibus leges verba desiderant, ajunt Donellus *ad l. 1. in princ. n. 4. & 10. ff. de verb. obligat.* Gomez. *lib. 2. var. resolut. c. 9. n. 3. vers. ex quo primo.* Vacun. *à Vacun. declar. 68. n. 12.* Gædd. *in tract. de contr. stip. cap. 3. concl. 18.* cum proprie per epistolam non loquamur. *l. 75. ff. de leg. 2.*

II.

Epistolæ contra scribentem plenè probare dicuntur. *l. Publica 26. §. fin. ubi dicitur: licet O. non inducat, probare tamen inducitur. ff. de posit. l. cum de indebito 25. §. fin. ff. de probat. Lanfr. de Orian. in l. admonendi. 31. n. 56. ff. de iurejur. & in cap. quoniam. extr. de probat. tit. de infirmum. prod. num. 5. Joh. Coraf. miscell. lib. 3. c. 4. n. 5. Regn. Sixtin. Consil. Marp. 13. n. 11. Mascard. de probat. concl. 1256. n. 10.* ubi ampliat, etiam si verba epistolæ sint narrativa, vel sint sine die, & consule *l. cum tabernam 34. §. 1. ff. de pignor. vel etiam si esset donatio.* Mascard. *2. de prob. concl. 556. n. 3.* cum ea non ex defectu veritatis impugnetur. Mascard. *dist. conclus. n. 4.* maxime si ea recognita fuerit. Michael. Grassi. *quæst. 24. c. 18.* Honthem. *p. 4. de art. Notar. c. 4. n. 32.* Add. Umm. *disput. 17. ad process. judic. tb. 5. num. 24.* Schrader. *ad l. admonendi. n. 276. ff. de iurejur. & habeat sigillum authenticum.* Bart. *in l. nuda ratio. 26. ff. de donat.*

III.

Epistola approbata à recipiente inducit obligationem *l. si filiusfam. 16. ff. de Jcto Maced.*

IV.

Epistola non habet vim Codicillorum. *l. 17. ff. de jur. Codicillor.* sed eos aliquo modo imitatur, neque etiam ea hereditas datur vel adimitur. *l. hereditas 4. C. de his quib. ut indign. Gothofr. ad l. Imperatores 29. ff. de probat.* ubi intelligit nimirum directè; indirectè enim per fideicommissum dari posse *ex l. in Epistola 22. Cod. de fideicommiss.* probat Petr. Gregor. *lib. 41. c. 18. n. fin.* In dispositione tamen patris per epistolam inter liberos secus esse, *ex l. inter omnes 26. C. famil. ercisc. Auth. quod sine. C. de testam. & Auth. si modo. famil. ercisc.* ostendit Mascard. *consil. 1352. n. 60.* quam sententiam communem esse dicit Grassus *§. testamentum q. 16. n. 2. 3. & 4. vid. Honth. 2. de art. Notar. cap. 32. n. 7.* Propterea si alia persona extranea sit immixta, quoad illam personam voluntas defuncti pro nulla haberi ac liberis accrescere dicitur. *l. hac consultissima 21.*

§. ex imperfecto 1. ubi Dd. C. de test. vid. Covar. in c. Relatum 11. n. 2. de testam.

CAP. XVII.
De Epithetis.

Quamvis de hac materia varia possent tractari; quia vero Kubachius in regulis sub tit. *Verba multa elegantia hac de re edisserit, eò sedulum lectorem brevitatis studio remittimus, locum tantum notasse contenti.*

CAP. XIX.
De Equo.

Axioma I.

Venditor equi tenetur de vitiis internis, si equus sit calcitrosus vel retrogradus, stätig / lunaticus aut phreneticus, & Blend / pavidus, scheu / cæcus staarblind / scabiosus haarschlechtig / si habeat superossia vel gallas. *l. 1. §. 1. 43. ff. de adit. edict.* Adde, si sit bauchbläsigt oder verstaekt / mit dem Wurm befaßt / lahm oder contract, fetter / schwendig / gebrochen / mißsichtig. Rovestrunck *de judic. equest. cap. 4. Col. decis. 228.* Speckh. *1. quæst. 18. Besold. th. f. f. verb. Rostk. 1. in statutis plerumque quatuor sunt vitia equi, vulgo die vier Wandel / (1.) si equus sit retrogradus, (2.) lunaticus aut phreneticus, (3.) scabiosus & (4.) furtivus, aut secundum alios pituirosus roßig. Reform. Nor. L. 4. Tit. 16. §. 1. Reform. Francof. P. 2. Tit. 9. §. 5. 6. Wehner. obs. præf. verb. Wandel.*

II.

Equo vendito sella & capistrum debetur & famulo venditoris, das Halfter oder Zaum / Geld. Schneid. *in §. 28. Inst. de act. n. 50.*

III.

Conductor equi non tenetur, si is morbo naturali vel casu fortuito in itinere decesserit. Besold. *3. Consil. 120.* Equum verò in itinere decessisse probatur per scripturam cum juramento. Bald. *in Rubr. C. de fid. infirmum.*

IV.

Equus venditus si intra triduum moriatur, præsumitur ex vitio præcedenti mortuus, adeoque perit venditori. Rovestrunck. *de judic. equest. reddibit. Lib. 1. cap. 6. n. 27.* Bonacossi. *tract. de mater. equor. quæst. 85.*

V.

Equi conductor de jure & ex natura contractus expensas pro soleis ferreis, vel in ejus curationem factas repetere potest. Lugo *de just. & Jur. disp. 29. sect. 4. n. 67.* Molin. *de j. & j. tract. 2. D. 496. n. 7. in fin.* vid. tamen Bonacossi. *tract. de equis q. 61. vid. omnino Garf. de Expens. c. 14. n. 19. seqq. Caroc. de locat. P. 4. q. 40. seqq.*

VI.

Si equus sit locatus eo pacto, ut non nisi quinque milliaria in die perageret, & peractis septem eà de causâ mortuus sit, tenetur Conductor de damno. Lugo *d. disp. 29. Sect. 4. n. 65.* vid. Molin. *d. tract. 2. disp. 494. n. 4.*

VII.